

Htz. Albrecht III. von Bayern-München an Pius II. (Supplik). Er bittet darum, NvK zum Visitator der bayerischen Prämonstratenserklöster zu bestellen. Privilegien und Statuten des Ordens bzw. der einzelnen Klöster sollen dem Reformauftrag nicht entgegenstehen und können von NvK aufgehoben werden können.

Kopie (Insert in Nr. 5830 vom 12. Januar 1459): WILLEN, StA, Lade 87 C 1; (17. Jh.): ebd., Lade 87 C 2; Bozen, StA, Lade 13 Nr. 8 F; (19. Jh.): WILLEN, StA, Annales Wiltenenses I f. 369^v-370^r.

Druck: Kembter, Acta pro veritate 203f.

Regest: Jäger, Regesten I 316 Nr. 212.

Erw.: Sinnacher, Beiträge VI 473; Lentze, Reform des Stiftes Wilten 516 (ND in ders., Studia Wiltenensis 91); Rankl, Kirchenregiment 198; Gismann, Beziehungen 87 Anm. 30; Machilek, Rebdorf und die Reformen 271.

Beatissime pater. Cum reverendissimus in Christo pater dominus Nicolaus tituli sancti Petri ad vincula presbiter cardinalis, visitator apostolicus monasterii Wiltenensis ordinis Premonstratensium, Brixinensis diocesis, per bone memorie Nicolaum papam v, predecessorem s. v., deputatus existat¹⁾ eiusque cura et diligencia dictum monasterium Wiltenense in spiritualibus et temporalibus in plurimum profecerit²⁾, supplicat igitur devotus e. s. v. filius Albertus Bavarie dux etc., quatenus s. v. prefato reverendissimo domino cardinali sancti Petri etiam omnimodam visitacionem monasteriorum dicti ordinis Premonstratensium omnium, que in dominiis sive terris Bavarie existunt, eorundem nomina et descriptionibus presentibus pro expressis sufficienter habentes³⁾, ita, ut ipse dominus cardinalis per se vel alium seu alias monasteria illa omnia et quodlibet illorum similiter visitare tamque in capite quam in membris reformare possit et valeat, eciam eo modo, quo dictum monasterium Wiltenense reformavit, sine tamen prejudicio privilegiorum dicti ordinis et superioris eiusdem⁴⁾, ita, ut eciam ordinarii visitatores ordinis ipsius iuxta ritum deputati seu deputandi nullatenus infringere valeant ea, que dictus dominus cardinalis per se vel alium seu alias in huiusmodi monasteriis et quolibet eorum fecerit et statuerit, reformaverit seu ordinaverit, privilegiis et constitutionibus ac ordinacionibus dicti ordinis generaliumque seu provincialium conciliorum eiusdem, statutis eciam ipsi ordini seu monasteriis huiusmodi tam a sede apostolica quam alias concessis indultis iuribusque et consuetudinibus quibuscumque contrariis nequaquam obstantibus, quibus, quantum opus sit ad effectum presencium sufficienter derogare, committere et mandare dignetur de gratia speciali et cum expressa derogacione prestita, quantum opus sit etc.

¹⁾ S.o. Nr. 3417.

²⁾ Zu den Reformen des NvK im Kloster Wilten s.o. AC II 7, s.u. Wilten, Reform.

³⁾ Es handelt sich um die Klöster Steingaden, Schäftlarn und Windberg; s.u. Nr. 5830.

⁴⁾ D.h. möglicherweise, dass eine Herausnahme aus der bayrisch-schwäbischen Zirkarie des Prämonstratenserordens, anders als bei der Reform von Wilten, nicht erfolgen sollte; s.o. Nr. 3936.